

possint fieri à Regularibus sine debita solemnitate. ac licentia Apostolica...

C. penult.

Extravag. Urb. VIII.

QUESTIO XV.

An Regulares bona mobilia pretiosa Monasterii possint oppignerare?

SUMMARIUM.

- 80 Regulares non possunt oppignerare mobilia pretiosa...
82 Maxime tamen in urgenti necessitate.
83 Ad hoc non requiritur consensus Ordinarii.
84 Maxime notanda lex Regia Lusitaniae

80. Lezana. Quaranta. Molina. Layman. Bonacina. Gaftr. Pal. Hier. Rodr. Lessius. Barbosa. Diana. Fr. Aor. ab Spir. Sanct. 81. L. fin. C.

Regulares sine praedictis solemnitatibus non possunt bona mobilia pretiosa, aurea, vel argentea, & vestes magni valoris oppignerare, nisi in casu, quo aliqua vehemens necessitas urgeat.

Probat: quia prohibita à jure alienatio, prohibita est etiam pignatio, ex l. fin. C. de rebus alienis non alienandis; idque ob periculum, cui exponuntur res pignorate, ut omnino alienentur; tum quia, ut testatur Quaranta: Oppignatio est quaedam alienatio, praecipue quando restanti est obligata, quanti est; ita ut non sit facilis redemptio, indeque probabili alienationis periculo subicitur.

82. Diana.

Diximus tamen, quod nisi in casu, quo summa necessitas urgeat: quia in tali casu, ut testatur Diana citatus omnes Doctores tenent, talem alienationem, seu oppignationem esse licitam, absque licentia Papae, & Sacrae Congregationis; nulla enim lex ligat, cum de facto servari non potest. Ut ostendi supra, quaest. 7. num. 30. & 31.

83. Peregrin.

Nec audiendus est in hac re Peregrinus in novo Compendio Privileg. verb. Alienatio n. 9. dicens ad oppignationem in tali casu fa-

ciendam, requiri consensum Ordinarii cum commode haberi possit; at Doctores asserentes Regulares in casu necessitatis posse oppignerare mobilia pretiosa sine licentia Papae; nullam faciunt mentionem de licentia ab Ordinario obtinenda; ipsa extrema necessitas ab omni lege excipitur.

84.

Maxime notanda est lex Regia nostrae Lusitaniae; lib. 2. tit. 24. Ordinationum. Ubi pro omnibus Ecclesiis est statutum, quod nullus in pignus accipiat aurum, argentum, vel vestes Sacras Ecclesiae cujuscumque, sive Regularis, sive saecularis, etiam si summa adurgeat necessitas absque licentia petita, & obtenta à Rege; qui verò contra talem agunt, vel accipiendo aliquid Ecclesiarum in pignus, vel pretio emunt sine praedicta Regis licentia, praecipit lex, ut amittat valorem dictarum rerum, solvendo excessum novem partium, & res sic pignorate, vel empta absque ullo pretio Ecclesiae reddatur. De quare videndus est Emmanuel Barbosa in remissionibus ad Regiam Ordinationem. Ibidem.

Ordinationes Lusitaniae.

Emman. Barbosa.

QUESTIO XVI.

An Regulares possint super bona sua constituere contractus ad usum, vitalitios vel precarios?

SUMMARIUM.

- 85 Quis sit contractus ad usum; vitalitios, vel precarius.
86 Contractus ad usum est prohibitus.
87 Contractus vitalitios est prohibitus, & num. 88.
89 Contractus precarius est prohibitus.

Contractus ad usum, tunc fit, quando res datur, & conceditur ad usum, ut vocant, seu ut quis illa utatur; contractus vitalitios, cum res alicui datur ad ejus vitam. Contractus precarius est, quo quis concedit alteri aliquid, cum potestate illud repetendi, quoties voluerit, ut si ego tradam tibi petenti librum, vel meam vineam, cum pacto ut possim hujusmodi facultatem, seu meum librum, meamque vineam revocare quoties voluero; dicor tecum inire precarium. Ita Lessius lib. 2. cap. 17. dub. 1. num. 4. Molina disp. 298. Bonacina disp. 3. de Contractib. q. 14. punct. unico, n. 1.

85.

Dico Primò: Regulares non possunt bona sua dare ad usum, ut dicitur. Pasqualig. tom. 2. quaest. 280. Pellizar tract. 6. cap. 8. num. 3. Probat, quia talis contractus est species emphyteusis, ut ex ejus natura patet; emphyteusis autem species est alienationis, proindeque ea quae cadunt sub emphyteusi prohibita sunt, itaque senserunt Sapientissimi Theologi, ut testatur Pellizarius, ac proinde sine debitis solemnitatibus fieri non potest.

86. Pasqualig. Pellizar.

Dico secundò: cum eisdem Auctoribus contra Bordonium tom. 1. Resol. 27. num. 180. Quod contractus seu census vitalitios cadit sub hac prohibitione, quia est species emphyteusis, ut Auctores fatentur, indeque prohibitus;

87. Bordon.

bitus; Deinde, quia alienatio ideo est prohibita ob periculum amissionis Ecclesiae rei; atqui census vitalitios est in continuo periculo amissionis: ergo, ubi enim militat eadem ratio, militat eadem juris dispositio.

88.

Ex quibus sequitur, quòd Religiosi sua propria auctoritate, non possunt concedere alicui domum monasterii per totam vitam cum onere solvendi certam pensionem monasterio, ut teneatur illam refarcire, quando opus fuerit, quod est quòd hic contractus includit locationem dictae domus ultra triennium; quae locatio prohibita est Ecclesiasticis, ut patet ex dictis quaest. 10. num. 51.

89.

Dico tertio: Prohibitum esse regularibus constituere, seu jure contractum precarii in bonis monasterii, quia per talem contractum transfertur dominium utile ad arbitrium concedentis, quòd secum importat alienationem ultra triennium, ac proinde includit in praesenti prohibitione. Riccius in praxi Ecclesiastica, dec. 64. Quaranta verb. Alienatio. n. 16. M. Lezana tom. 2. cap. 19. n. 56.

Riccus. Quaranta. Lezana.

QUESTIO XVII.

An Regulares possunt bona unius monasterii ad aliud monasterium transferre, eique illa donare, vel cum altero monasterio bona sua permutare, ac ei accommodare?

SUMMARIUM.

- 90 Unus Religiosus alteri religioso ejusdem monasterii potest aliquid dare.
91 Prima sententia negat posse dari alteri monasterio.
92 Secunda & vera affirmat licitum esse talem donationem.
93 Naldus ait: quòd licita sit permutatio de una Ecclesia ad aliam.
94 Extravagans loquitur de permutazione inter diversos Praelatos.
95 Res unius conventus potest accommodari ad alium.

90. Lezana.

Suppono ut certum, quòd Religiosus unius monasterii possit alteri religioso ejusdem monasterii sive immobile, sive mobile pretioso dare, Lezana verb. Alienatio, num. 11. Quia constitutionibus Apostolicis solum prohibetur ea donatio, quae est alienatio, donatio autem illa inter regulares ejusdem monasterii, non est alienatio, eum dominium illius rei non transferatur; sed maneat, sicut antea, in monasterio, Naldus in summa verb. Alienatio, num. 4.

Naldus.

91.

Quaestio praesens primò inquit: An bona unius monasterii possunt ad aliud monasterium ejusdem provinciae ac religionis sine licentia Apostolica transferri, illique dari? Negativam sententiam tenent Bonacina de Alienatione bonorum Ecclesiastic. disp. 2. quaest. unica, punct. 2. num. 14. & 17. Lezana tom. 2. c. 19. n. 56. & tom. 3. verb. Alienatio, num. 12. Pellizar, tract. 6. cap. 8. num. 24. Et probatur; quia

Bonacina. Lezana. Pelizar.

per talem translationem verè transfertur dominium, proindeque est alienatio verè prohibita.

92.

Opposita sententia, quòd licita sit talis permutatio, ac donatio de re immobili, de mobili pretiosa, de uno conventu ad alium ejusdem provinciae, mihi videtur vera, eam tenent Riccius in praxi fore Ecclesiasticae, dec. 38. & 74. Barbosa de potestate Episcopi allegat. 95. num. 62. Diana apud Pellizar. citatum, nu. 23. in eamque inclinat M. Lezana citatus, num. 11. Probat; quia dominium talis rei adhuc manet sub dominio talis Religionis, ac sub ejus Praelato, Generali, Provinciali, vel capite Provinciali, & hoc maxime video observari communi praxi in hoc regno Lusitaniae; ut bona, sive mobilia, sive mobilia ob convenientem rationem à Provinciali, vel capite Provinciali dentur, ac transferantur à conventu pingui ad conventum pauperem, & hoc maxime in fundatione alicujus novi conventus.

Riccus. Barbosa. Diana. Lezana.

Sic Naldus verb. Alienare num. 4. Ex innocentia in cap. quaestum de rerum permutazione, & Berojo. Consil. 124. num. 14. vol. 3. Existimat clericos ejusdem Ecclesiae posse permutare inter se res ejusdem Ecclesiae absque legitima solemnitate, & confirmatur: quia dans forori suae, non dicitur alienare Glossa in cap. Apostolica sedes verb. Alienare de iis, qua sunt à majori parte: ergo dans alteri Ecclesiae, ut forori, non dicitur alienare.

93. Naldus. Innocent. Berojo.

Glossa.

Unde dicendum ad Extravagantem, Ambrosio: quod in ea prohibetur permutatio, tanquam species peculiaris alienationis; ibi non est sermo de praesenti permutazione, sed de ea quae fit inter personas Ecclesiasticas, & saeculares diversas, ac quando transfertur dominium de uno capite ad aliud, ac de uno Praelato ad diversum.

94. Extravag.

Ex quo bene sequitur; quòd possunt Regulares accommodare ad breve tempus bona monasteriorum, ita ut meros illorum usus concedatur, non autem dominium directum, aut indirectum cum per Extravagantem, ac decretum Congregationis, solum alienationes prohibeantur, id autem, quòd accommodatur non alienatur Riccius dec. 74. & 68. Bonacina, de Alienat. bonorum Ecclesiasticorum, disp. 2. quaest. unica, punct. 2. n. 5.

95.

Riccus. Bonacina.

QUESTIO XVIII.

Utrum Regulares super pecuniam possint inire contractum Societatis, vel montis pietatis, vel recipere ad Cambium, aut mutuum cum solutione lucri cessantis, vel alios similes contractus?

SUMMARIUM.

- 96 Religiosi non possunt pecunias implicare in contractu societatis.
97 Possunt ponere in Monte pietatis.
98 Religiosi non possunt dare pecunias ad Cambium, vel mutuas.

99 Reli

- 99 Religiosi non possunt accipere pecunias ad Cambium, & n. 100.
- 101 Possunt tamen in gravi necessitate.
- 102 Magna quantitas pecunie servata in monasterio, non potest alienari sine licentia Apostolica.

96. **D**ico primò, quod ob prohibitiones Pontificias non possunt Regulares implicare in contractu Societatis pecuniam monasterii cum onere, ut investatur in bonis immobilibus fructiferis. Pellizar. *tract. 6. cap. 8. num. 47.* M. Fr. Anton. ab Spiritu sancto *tom. 2. tract. 3. disp. 4. nu. 1156.* Probatur; quia ordinationes Apostolicæ prohibent Regularibus alienationem ob conservationem bonorum eorum; quæ ea, quæ subjacent contractui societatis sunt exposta periculo perditionis, ipsaque societate res perit, ut docent communiter Doctores. cum Navarro *cap. 17. n. 271.* Molina. *tract. 2. disp. 4. 15.* Azor. *part. 3. lib. 9. cap. 1.* Deinde, quia jus exigendi, quod oritur ex contractu societatis non est fixum, ac stabile, & perpetuum, ut volunt jura pontificia, sed est inconstans, & incertum: ergo ex jure prohibitum est implicari in tali contractu.

97. **D**ico secundò: Non obitante prohibitione Apostolica, possunt regulares deponere super aliquo pietatis Monte pecuniam expendendam in bonis mobilibus, idque quotannis, excipiendo certum lucrum, verbi gratia, quinque pro singulis centenariis. Et probatur; quia tale jus exigendi quinque pro singulis centenariis, cum ex se sit certum, & fixum æquiparatur bono immobili, proindeque bona destinata ad emptionem immobilium poterunt in tali monte pietatis constitui, cum pecunia, quæ in tali monte constituitur nulli periculo subjaceat, ut observatur in Ferraria, & sic Cosmas II. Magnus Ethruriz dux assignavit pro prefato monte Florentino feudum reddituum ex vectigalibus illius civitatis; si verò in aliquo regno, vel civitate Mons pietatis versatur in periculo, tunc pecunia Ecclesiastica, in eo non potest constitui.

98. **D**ico tertio: Prohibitum est Religiosis, constitutionibus Apostolicis, dare pecunias ad Cambium, vel mutuum, seu aliquid lucrum, verbi gratia, quinque pro centenariis alicui homini, etiam diviti, quia talis pecunia semper est exposta periculo, quod constitutiones Apostolicæ evitare intendunt, & quamvis hoc fiat cum magna securitate, semper hoc est prohibitum Religiosis, quibus omnis negotiatio interclusa est, ut probant Riccius, Ugolinus, Megala, Genuenf. & alii apud Dianam *part. 1. tract. 8. resol. 72.*

99. **D**ico quarto: Prohibitum est etiam, constitutione Apostolica, ne Religiosi recipiant pecunias ad Cambium, aut mutuum cum solutione lucri cessantis, aut damni emergentis, ut constat ex Decreto Sacræ Congregationis 21. Majj, anno 1626. sub Urbano VIII. Ubi expressè dicitur. *Regulares prohibentur census imponere super bonis ad eorum monasteria pertinentibus, loco censuum hujusmodi pecunias ad Cambium, vel mutua accipere, cum solutione lucri cessantis, & damni emergentis.* Et statim imponuntur pœnæ contentæ in constitutionibus Apostolicis, *quæst. 2. & 3. Decre.*

Riccus. Ugolin. Megala. Genuenf. Diana.

S. Congr.

tum refert Pellizar. *citato, cap. 8. num. 37.* Ubi Pellizar. expressè Sacra Congregatio prohibet pecunias acceptas ad Cambium, ac mutuum.

Dubitarur tamen: An saltem ex gratitudine possint regulares aliquid solvere mutuatoribus pro interesse lucri cessantis, & damni emergentis? Aliqui graves Doctores affirmant, quia jura prohibentia Regularibus donationes, non prohibentur ea, quæ sunt ex gratitudine, ut docent Rodriguez, Homobonus, Valerius, de la Crux, Azor, Molina, Zenedus, & multi alii apud Dianam *part. tract. 6. Resol. 15.* alii ut Pellizar. *citato, num. 38.* Simpliciter negant hoc fieri posse à Regularibus, quia fraus, & dolus nemini patrocinantur, quod autem dicto modo ex gratitudine solvitur, videtur esse in fraudem legis. Ego verò distinctione utendum existimo, si ex pacto antecedenti aliquid solvitur ex gratitudinis titulo, videtur prohibitum, quia fit illo gratitudinis nomine in fraudem legis, si verò post pecunias acceptas aliquid largiatur ex mera gratitudine, non est prohibitum; nam gratificari beneficium acceptum, est ex jure naturæ.

Dico quinto: quòd in casu urgentis necessitatis, in quo non potest summus Pontifex vel Sacra Congregatio adiri, possunt Religiosi pecunias ad Cambium, vel mutuum solvendo interesse accipere. Delbene *tom. 2. cap. 17. dub. 8. num. 3.* & hoc ostendunt rationes, quas adduxi supra *quæst. 7. num. 30 & 31.* Item Decreta Congregationis non tenent, si detur consuetudo legitime præscripta. Ita Delbene *citatus num. 4.* & in hoc Regno sæpè sæpius vidi, quod Religiones gravissimum hominum virtute, & literis, pro necessitate urgenti fumerent pecunias mutuas, & ad Cambium.

Dico sexto: quòd magna quantitas pecuniarum, quæ servatur in aliquo monasterio, non potest alienari absque assensu sedis Apostolicæ, & ita resolutum fuit à Romana Rota in una Venetiarum; ubi fuit dictum, hoc procedere licet præfata pecunia esset convertenda in Ecclesiæ utilitatem. Barbosa *de Offic. & potestate Episcop. Allegat. 95. num. 43.* M. Lezana *tom. 2. cap. 19.*

QUESTIO XIX.

Qualiter se debeant habere Regulares in extinguendo, ac redimendo censu?

SUMMARIUM.

- 103 Si census est constitutus ut redimatur, tunc fieri potest, aliter non.
- 104 Pecunia ex illo censu extincto est implicanda in re immobili.
- 105 Tali pecunia non possunt solvi debita conventus.

Dico in hoc; quòd possunt Regulares sine solemnitatibus juris admittere extinctionem, & redemptionem census legitime constituti, si talis naturæ est, ut redimi valeat quoties

100.

Rodrig. Homobon. Valerius De la Crux. Azor. Molina. Zenedus. Pellizar.

101.

Delbene.

102.

Rom. Rota.

Barbosa. Lezana.

103.

QUESTIO XXI.

An Regulares sine licentia Sacræ Congregationis possint alienare bona sibi relicta tali conditione, ut ea libere possint alienare?

SUMMARIUM.

- 108 Prima sententia negat.
- 109 Secunda & vera affirmat.
- 110 Solum prohibentur alienari res Ecclesiæ absolute data.
- 111 Res relicta ut nunquam alienetur urgenti necessitate potest alienari, & n. 112.

In hac re Armilla, Riccius, Quaranta allegati à Castro Palao citando, tenent quod talis res non possit alienari, talis conditio turpis, ac contraria juri rejicienda est, & tanquam non apposta.

Opposita sententia mihi videtur probabilior, eam tenent Castro Palao *tract. 12. dispensatione unica, de rebus Eccles. non alienand. punct. 15. §. 2. num. 14.* Filiucius *tractatu 44. num. 29.* Bordon. *Resol. 27. num. 69.* & Probatur: quia testator, ut dominus suarum rerum potest eas relinquere eam tali, & tali conditione, quod verbi gratia, post aliquot annos transeat ad suos consanguineos, & talis translatio potest fieri absque licentia Sacræ Congregationis, ut patet ex *l. 1. & 3. quando de creto opus non est.* In quo etiam conveniunt Quaranta, Ugolinus, Barbosa citati ab eodem Castro Palao: ergo in proposito casu potest institui, ut sua transferantur.

Deinde illa conditio non rejicienda ut turpis, ac juri contraria, cum jus solum prohibeat alienare res, quæ sunt Ecclesiæ absolute & perpetuo, non verò res, quæ sunt datae ei, ut eas retineat quandiu ei placuerit, vel vendat.

Si verò quæras: An legatum relictum Regularibus sub hac conditione, ut nunquam alienari possit, an occurrente justa causa, servata debita solemnitate, alienari possit? Respondeo affirmativè, interveniente urgenti necessitate, cui alio modo subveniri non potest, quia tunc alienatio non est voluntaria, sed necessaria. Goffridus, Hostiensis, Innocentius, Panormitan. Sylvester, Azor, Castro Palao *num. 15.* quos citat, & sequitur Pellizar. *tract. 6. c. 8. n. 54.*

Idemque dicunt citati Auctores in casu majoris utilitatis conventus, quia in hoc casu illud jura concedunt, cui testator non potest contradicere; sed hoc mihi non placet; quia testator ut dominus suarum rerum potest eas legare, ac donare prout voluerit, ut de facto vult illam hereditatem perpetuò in monasterio conservari ad monumentum suæ memoriæ, ac nominis, velut onus affixum millarum, verbi gratia, exactius observetur, & in oblivionem non abeat.

quoties debitor voluerit, quia tunc fieret ei magna injuria contra naturam contractus; si vero census talis naturæ non est, sed absolute, & veluti perpetuo est impositus, ut in manu Religiosorum sit illum extinguere, vel non; tunc non possunt illius extinctionem admittere; hoc enim est alienare bona Conventus, & ita videri observari in praxi.

104. Pecunia, quæ resultat ex censu extincto, non est consumenda à Regularibus, cum resultet ex re immobili, ut patet ex supradictis, sed aliud immobile ex illa est comparandum, vel si Conventus habet aliquem censum super sua bona constitutum, tali pecunia, ut adverte Pellizar. *suprà citatus, in 43.* potest extinguui, ac redimi sine licentia. S. Congregationis; quia tunc non fit alienatio bonorum sed potius æquisitio.

105. Tali autem pecunia ex censu extincto non possunt Regulares solvere debita Conventus, etiam si quotannis pro debito solvant interesse: nam Sacra Congregatio declaravit, non debere alienari census pro solutione æris alieni debiti, ut Gavantus tenet in *Enchiridio, verb. Alienatio, num. 40.* nec his adverteatur quod inde magnum commodum Conventus sequatur, cum à solutione interesse solvatur. quod enim talis alienatio sit utilis Ecclesiæ, non est alienandi sufficiens causa, inconsulta Congregatione; ad ipsam Congregationem pertinet de hac utilitate judicare.

Pellizar.

105

Gavant.

QUESTIO XX.

An res gravatas debitis alienis possint Regulares alienare?

SUMMARIUM.

- 106 Res gravatas debitis sine ulla solemnitate possunt regulares alienare.
- 107 Si satisfacta parte, aliqua pecunia restat, implicanda est in rebus immobilibus.

106. **D**ico, quod res gravata debitis alienis absque solemnitate potest vendi, & alienari, ut parti satisfiat, etiam si res jam sit incorporata Ecclesiæ, quando alia via satisfieri non potest, quia illud legatum semper manet obligatum, & legatarius non poterat donare, vel relinquere, quod altari erat debitum, ut ex Paris. & Grilen. tenet Bordon. *Resol. 27. num. 63.* & non solum stante iudicis sententia, vel petitione partis, sed etiam absque eorum interventu, satis est, quod necessitas urgeat satisfaciendi in conscientia, ut tenet Redoan. *quæst. 51. de Alienatione, cap. 8. num. 18.*

Si res stricta ære alieno venditur, & satisfacta parte adhuc restat magna pecuniæ quantitas, non potest consumi, sed implicanda est in rebus immobilibus: ex illis enim habetur, ac resultat, eorumque naturam fortitur ut supra diximus.

Parisus. Grilen. Bordon.

Redoan.

107

108.

Armilla.

Riccus.

Quaranta.

109.

Cast. Pal.

110.

Filiucius.

l. 1. & 3.

Quaranta.

Ugolin.

Barbosa.

110.

111.

Goffrid.

Hostiens.

Innocent.

Panormit.

Sylvest.

Azor.

Cast. Pal.

Bellarm.

112.